Universitätsbibliothek Paderborn

Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv. Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

Capvt Tertivm. De varia diuisione Literarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

Visual Library

Ϫ, Giangia profertur vt I, iota Hiſpanicũ. vt hijo

Ϭ, Scima, Sc, ſimilis in pronunciatione eſt, ſuperiori literæ ϣ Schei.

Ϯ ת, Hebræorum æquiualet, ſimile eſt Thau Samaritanorum myſtico, hoc eſt literæ Tau antiquorum Hebręorum, à quibus AEgyptij mutuati videntur. ſic autem ſcribitur. Ϯ. à Coptis pronũciatur Di EG. ⲫϮ phtha, phda.

CAPVT TERTIVM

De varia diuiſione Literarum.

Coptitæ quoque ad valorem & poteſtatem literarum melius dignoſcendam, Hebræos imitati literas has in 5 veluti claſſes diſtinxerunt, ſecundum quinque præcipua organa, quæ natura cuique ſono diſtinctè efferendo deſtinauit, nempè in literas Gutturis, Linguæ, Palati, Dentium, & Labiorum.

Gutturis ſiue Gutturales ſunt, quæ ſpiritu in Gutture formato efferuntur; ſuntque ſequentes.

ⲁ ⲉ ⲏ ⲓ ⲩ ϩ ⲱ

Linguæ ſiue linguales ſunt, quæ lingua ad radi-

radices dentium affixa, & inde ad inferiores rela-bente pronunciantur. ſuntque ſequentes.

Ⲇ Ⲑ Ⲗ Ⲛ Ⲧ Ϯ Ϯ

Palati ſiue Palatinæ, aere ad palatum oris pro-truſo pronunciantur. vt

Ⲅ Ⲕ Ⲓ Ⲭ Ϩ Ϫ

Dentium ſiue dentales, quæ dentibus anterio-ribus lingua pulſatis efferuntur. vt

Ⲍ Ⲉ Ⲣ Ⲥ Ϣ Ϭ

Labiorum ſiue Labiales, quæ è labijs compreſ-ſis erumpunt. vt

Ⲃ ⲩ Ⲡ Ⲫ Ⲯ Ϥ

CAPVT QVARTVM.

De particulis ſeu literis quibuſdam genus dictionum diſtinguentibus.

Notandum hîc primò in Coptis dictionibus ſeu nominibus genus nequaquam ex fine, quemadmodum apud Latinos, Græcos, & Hebræos, aut per articulos, dignoſci; ſed ex præfixis quibuſdam literis ſeu ſignis vt ipſi vocant, quæ articulorum ad inſtar ſunt, totam nominum generis diſtin-ctio-